



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CCCXLI. Das Domcapitel bittet das Prämonstratenserklöster Strahau einen seiner Domherren auf zwei Jahre aufzunehmen, am 9. Febr. 1382.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

in deo vero. Venerabiles patres et domini, vestre charitati tenore presentium significamus, quod Johannes Buden, canonicus noster professus, lator presentium, qui licet nuper absque nostra licentia de nostra et sua ecclesia inobedienter aliquamdiu discessit, ductus tamen penitentia ad eandem ecclesiam redire desiderans, ipsum humiliter ad nos redeuntem receptavimus, salva ordinis disciplina. Penitentiam cum humilitate suscepit peragendam. Eundem vestre charitati transmittimus, affectuose supplicantes et devote, quatenus dei et nostrorum precum intuitu et ob reverentiam ordinis ipsum in vestro monasterio et conventu colligere et sibi in victu, calceamentis, vestitu et aliis vite necessariis a data presentium per biennium, si ipsum infra non revocaverimus, prout uni de vestris providere et fraterna in domino charitate tractare dignemini, quod vicissitudine equali, si oportunum fuerit, erga vestras personas benevole remereri volumus requisiti, dominicam, qua cantatur Oculi mei semper etc. proxime instantem pro tempore effendi erga vos sibi presentibus assignantes. Datum Brandenburg, anno domini M.CCC.LXXXII, die Blasii beati martyris, prepositi Brandenburg. sub sigillo.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

**CCCXLI.** Das Domcapitel bittet das Pärmonstratenser kloster Strahau einen seiner Domherren auf zwei Jahre aufzunehmen, am 9. Febr. 1382.

Venerabilibus patribus et dominis abbati totique conventui in Strahavia, ordinis Premonstratensis, Hentzo prepositus, Bertramus prior totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis ejusdem ordinis devotas orationes cum sinceritate mutue charitatis in deo vero. Venerabiles patres et domini, vestre charitati attente supplicamus et devote, quatenus Nicolaum de Arneburgh, presbyterum nostrum, canonicum professum, exhibitorem presentium, qui propter quasdam inimicitias cum sui quiete animi in ipsa ecclesia ad presens nequeat commorari, dei et nostrorum precum intuitu et ob reverentiam ordinis in vestro monasterio et conventu colligere et sibi in victu, calceamentis, vestitu et aliis vite necessariis a data presentium per biennium, si ipsum infra non revocaverimus, prout uni de vestris providere et fraterna in domino caritate tractare dignemini, quod necessitate equali, si oportunum fuerit, erga vestras personas benevole remereri volumus, requisiti, dominicam, qua cantatur Oculi mei semper etc. proxime instantem pro termino effendi erga vos sibi presentibus assignantes. Datum Brandenburg, anno domini M.CCC.LXXXII. sabbatho ante proximam dominicam beate Scholastice virginis, prepositi Bandenburg. sub sigillo.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

**CCCXLII.** Der Cardinal Lucas beauftragt den Bischof von Brandenburg mit einer Entscheidung in Sachen des Klosters Montis Sereni, am 15. April 1382.

Venerabili in Christo patri dei gratia Episcopo Brandenburgensi vel eius Vicario in spiritualibus, Lucas miseratione diuina tituli sancti Sixti presbyter Cardinalis salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte Curadi Canicz, Vlrici Slegel, presbyterorum, ac Bernardi pisto